



PROLOGUS.

ARM A virumq; ca-
 nit **FORTIS ARMA-**
TVS, atriū præsidiiq; sui
 custos tenacissimus, alieni
 invalor turbulentissimus,
 utrinque & sævissimus &
 callidissimus: cujus artes detexit ejus **DO-**
MINUS Luc. XI, 21. illo Concitore & **Æo-**
lo Europa hætenus non duntaxat bellis
 concussa est civilibus & Barbaricis: sed &
 Religionum arsit incendiis. Desæviisse vi-
 sus est, cum superioris seculi inquisitiones
 & persecutiones, cœlum martyribus im-
 plentes, compescuit: fistulas contra sireni-
 co-Irenicas inflavit dulce-sonantes, infer-
 num animarum prædis aucturas. Sed dum
 parcere videtur ovibus Hyæna lenocina-
 trix, canes vigiles evocat ad lanienam, pa-
 cis victimam esse debere, clamat, hos rabi-
 olos cerberos, baubare temere ac allatrare
 ovium Amicos: jubeantur, Gallis adven-
 tantibus, tacere, quiescere, stertere, stru-
 ctas

A

ctas